



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

18. De Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes pietate, & miraculo leprosu[m]  
patrato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

diaboli: Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor  
& incentor, diem bellicosum & arrogantibus  
luctuosum fecisti: sed nos per Dei gratiam,  
qui illum gloriosum fecit, pauperibus & in-  
digentibus gratiosum faciemus. Et mox rein-  
cepta Sequentia, solenni ploratu gratiam Dei  
inuocabant, completaq; cum deuotione Mis-  
sa, omnibus pauperibus per præconem voca-  
tis, omnia preciosa cibaria, quæ sibi & curia-  
libus præparata erant, in usus illorum cõsum-  
psit, ipseque pius Imperator, cum cæteris præ-  
latis ac ministris, proprijs manibus illis ser-  
uiuuit.

*Theodoretus lib. 1. cap. 18. Ecclesiast. histor. De  
S. Helena Imperatrice in religiosas virgines  
pietate & humili ministerio.*

## CAP. XVII.

**I**llustrissima & maxima digna admiratio-  
ne Imperatrix Helena mulieres, q̄ toto vite  
tempore virginitatem excolebāt, primū  
omnes in vnum congregari, & sedibus præpa-  
ratis accumbere iussit, deinde illa ipsa ancil-  
læ munus exequi, apponere cibaria, & guttur-  
nium cum malluio adferre, aquam denique  
earū manibus, dum lauant, ministrare non de-  
dignata est.

*Ioannes Nauclerus historicus generation. 36.*

*De Leonis IX. Pontifi. Max. in paupe-  
res pietate, & miraculo circa leprosum pa-  
trato.*

CA.

**L**eo iste Pōtif. vir fuit pietate, innocētia, benignitate gratia, hospitalitate adeo insignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus semp pateret. Nā cū semel ante fores suas leprosum inuenisset, eūq; prae misericordia, collocari in lecto suo mādasset, a pris mane à ianitore foribus, nusquā pauper inuentus est, CHristum pauperis nomine eo loci retribuisse creditum. Hic deinde anno domini 1054. gloriosè vitam finiuit, xj. Cal. Maij, Romæ in Ecclesia S. Petri sepultus, miraculis claruit multis.

*Venerabilis Beda libr. 3. historia Anglicana*  
*Oswaldus rex cum in pauperes & peregrinos*  
*esset liberalissimus, dextera eius ab Episcopo*  
*Aidano benedicatur, qua & postmodum*  
*defuncto iam Oswaldo, mansit incorrupta.*

## CAP. XIX.

**S** Oswaldus regni amplissimi culmine sublimatus, quod dictu mirum est, nihilominus pauperibus & peregrinis semper humilis, benignus & largus fuit. Fertur enim quod tempore quodam, cū die sancto Paschæ cum Aidano episcopo confedisset ad prandium, positusque esset in mensa coram eo discus argenteus, regalibus epulis refertus, iamque essent manus ad panem benedicendum missuri, intrauit subito minister ipse, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata,

*Benedictio*  
*mensæ.*

*Insignis benignitas in pauperes.*